Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



39 45

si erant uiuere subheliseo ppha. et
nemo eorum mundatus est nisi naamã
syrus. Et repleti sunt omnes in synago
ga ira. hec audientes. Et surrexerunt
et eiecerunt illum extra ciuitatem. et du
xerunt illum usque ad supercilium montis
supra quem ciuitas illorum erat edifi
cata ut precipitarent eum. Ipse autem
transiens per medium illorum ibat. Offe
Exaudi domine iustitiam meam intende deprecationem
meam auribus percipe in aure mea. et exaudi
me. Sec. Munus quod
tibi dne nre seruitutis offerimus tu
sanctificare nobis prouice sacramentum.
co Quis dabit ex syon salutare israhel
cum auerterit dominus captiuitatem plebis
suae exultabit iacob et letabitur
israhel. co. Subueniat nobis
qs dne misericordia tua. ut ab imminentibus
peccatorum nrorum periculis. te mereamur
protegente saluari. per sup p.
Presta qs omipotens et misericors ds
ut que ore contingimus pura mente
capiamus. per dnm. feria iii.
Ego clamaui quoniam
exaudisti me deus inclina aurem
tuam et audi uerba mea
custodi me domine ut pupillam
oculi sub umbra alarum tuarum
protege me. Vel Exaudi do
mine iustitiam meam intende deprecationem.
Exaudi nos omipotens misericors ds
et conuertere saluator mundi nos
dona concede. per libri regum.
In diebus illis. Mulier quedam cla
mabat ad heliseum ppham dicens.
Seruus tuus uir meus mortuus est.
et tu nosti quia seruus tuus fuit
timens dm. Et ecce creditor uenit
ut tollat duos filios meos ad seruiendum
sibi. Cui dixit heliseus. Quid
uis ut faciam tibi. Die mihi qd
habes in domo tua. At ille respondit.
Non habeo ancilla tua qqm
in domo mea. nisi parum olei quo
ungar. Qui ait. Vade et pete
mutuo abomnibus uicinis tuis
uasa uacua non pauca. et ingredere
et claude ostium cum introieris
tu et filii tui. et mitte in
de in omnia uasa hec et cum ple
na fuerint tolles. Fuit itaq; mu
lier et clausit ostium super se. et
super filios suos. Illi offerebant ua
sa. et illa infundebat. Cumq;
plena fuissent uasa. dixit ad fi
lium suum. Adfer mihi adhuc uas.
At ille respondit. Non habeo. Stetitq;
oleum. Venit autem illa. et
indicauit homini dei. At ille.
Vade inquit uende oleum et
redde creditori tuo. tu autem et
filii tui uiuite de reliquo. Gr
Abscondisti me
is mihi da
me domine et abali